

LEONIS PAPÆ IV HOMILIA^a.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Quam hic exhibeo, Leonis papæ IV homiliam, maximi faciendam suadet Romanæ Ecclesiæ ætatis illius disciplina, quam vivis coloribus depictam exprimit; sed cum maxime variet in mss. codicibus, nec in editis semper sibi cohercat, permagni interesse arbitror, si collatio inter varios codices instituat, quo ex consensu plurimorum eliciatur quid genuinum sit Leonis, quid adulterinum et ascititium. Interpolationis vero hujus causam hanc afferri posse arbitror, quod post Leonem mos obtinuerit, ut hæc ipsa homilia in synodis legeretur ad cleri eruditionem; ex quo factum est, ut pro varia locorum disciplina variaretur, moribus provinciarum vel diocesis, cui tradebatur, accommodanda. Constat id ex titulo quem in ms. codice Lucensi gerit: *Epistola Leonis B*

A papæ in synodo legenda. Quæ cum ita se habeant, e re ecclesiastica facturum me arbitror, si triplex ejusdem homiliæ schema proposuerim, quorum alterum Labbeanum est, aliud ex Martene Veter. Mon. tom. VII, pag. 4 petitur, quanquam Leonis nomen ascriptum ibi non legitur, tertium tandem ex ms. codice bibliothecæ cathedralis Lucensis sæculi XIII. Variantes lectiones e ms. codice bibliothecæ S. Victoris Martenius adiecit, ex quo huc transfero, junctis pariter variantibus e sermone synodali quem ex Marco Velsero acceptum Labbeus tom. XI Ven. edit, pag. 1075, non expresso Leonis papæ nomine (cum reipsa tamen ipsa sit Leonis homilia interpolata) exhibuit.

MARTENII EDITIO.

Commonitorium cujusque episcopi ad sacerdotes sibi subditos.

Fratres, sacerdotes Domini, cooperatores nostri ordinis estis; et nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos locum Eleazari, et Ithamari. Nos vice duodecim apostolorum fungimur; vos septuaginta duorum discipulorum. Nos pastores vestri sumus; vos plebis vobis commissæ. Nos de vobis rationem reddituri sumus summo pastori Domino nostro Jesu Christo; vos de plebe vobis commissa. Ideoque, charissimi, vestrum videte periculum. Admonemus itaque et obsecramus fraternitatem vestram, ut ^b quæ vobis suggerimus, memoriæ commendetis, et opere exercere studeatis.

I. In primis admonemus, ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella vestra sit juxta ecclesiam, et in domo vestra feminas non habeatis.

II. Omni nocte ad vigiliis ^c surgite; cursum vestrum horis certis decantate.

III. Missarum solemnitates ^d celebrationesque religiose peragite; corpus et sanguinem Domini cum timore et reverentia sumite; vasa sacra propriis manibus abluite, et extergite.

IV. Nullus cantet, nisi jejunos; nullus cantet, qui non communicet.

V. Nullus cantet sine amictu, alba, stola, fanone, casula ^e. Et hæc vestimenta nitida sint, et ad nullos alios usus sint.

^a Ex Collectan. S. Aysel. Lucen. in Antiq. Lection. Canis. tom. III, part. 1, pag. 394, edit. Basnag.

^b Aug., de communi, etc., ut in Sermone Leonis Labbeano.

LABBEI EDITIO.

Homilia Leonis papæ IV.

Fratres, presbyteri, et sacerdotes Domini, cooperatores mihi estis ordinis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari, et Ithamar. Nos vice duodecim apostolorum fungimur; vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus; vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus pastori nostro Jesu Christo; vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, charissimi, videte periculum vestrum. Admonemus, et obsecramus, sicut alibi scriptum invenimus, fraternitatem vestram, ut de communi salute vestra cogitantes, attentius auditis admonitionem nostram; et quæ vobis suggerimus memoriæ commendetis, et opere exercere studeatis.

In primis admonemus firmiterque præcipimus, ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella et habitatio vestra sit juxta ecclesiam, et in ea feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas surgite; cursum vestrum certis horis decantate; missarum celebrationes devote peragite; corpus et sanguinem Domini cum timore et reverentia sumite. Vasa sacra propriis manibus abluite, et extergite. Nullus missam cantet solus; nullus ante solis ortum, nisi in nativitate Domini. Nullus cantet eam nisi jejunos. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, fanone, et casula. Vestimenta nitida sint, et

^c Aug., ad nocturna.

^d Aug., Missarum celebrationes.

^e Aug., Planeta.

LUCENSIS CODEX MS.

Epistola Leonis in synodo legenda.

Fratres, presbyteri, sacerdotes Domini, cooperatores ordinis nostri estis. Nos, quamvis indigni, locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleazari, et Ithamar. Nos vice duodecim apostolorum fungimur; vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum. Reliqua ut apud Martene.

I. In primis, etc., ut apud Martenium.

II. Omni nocte ad horas surgite.

III. Missarum celebrationes religiose, etc., ut apud Martenium.

IV. Nullus missam cantet solus. Nullus ante solis ortum cantet nisi in Natali Domini. Nullus cantet missam, etc., ut in Martene.

V. Nullus cantet sine lumine, sine amictu, etc., ut apud Martene.

MARTENII EDITIO.

VI. Nullus cum alba, qua in suos usus utitur, præsumat missam celebrare ^a. Nullus in ligneo, aut vitreo calice audeat missam celebrare ^b.

VII. Nulla femina ad altare accedat, nec calicem Domini tangat.

VIII. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum de mundis linteis. Super altare nihil ponatur nisi capsæ, et reliquiæ, et quatuor ^c Evangelia, et pixis ^d cum corpore Domini ad viaticum infirmis; ^e cætera in nitido loco recondantur.

IX. Missale plenarium, ^f lectionarium, antiphonarium, ^g utrumque librum xl. Homeliarum unusquisque habeat.

X. Locus, in secretario, vel juxta altare sit præparatus, ubi aqua effundatur, quando sacra vasa abluuntur, ibique vas nitidum cum aqua pendeat; ubi sacerdos manus lavet post communionem.

XI. Ecclesiæ sint bene coopertæ, et cameratæ; atrium ecclesiæ unidique ^h muratum.

XII. Nullus extra ecclesiam per domos, vel in locis non consecratis missam cantet ⁱ, nec solus cantet.

XIII. Quisque presbyter clericum ^j habeat, qui epistolam, vel lectionem legat, eique ad missam respondeat, et cum quo psalmos cantet ^k.

XIV. Infirmos visitate, eosque Deo reconciliate, ^l oleo sancto ungit, et propria manu communicate. Nullus præsumat tradere communionem laico, vel feminae ad ferendum infirmo.

XV. ^m Nullus sacrum chrisma vendat; nullus pro baptizandis, vel pro corpore Domini, vel pro reconciliatione, vel pro sepultura, vel pro consecrandis ecclesiis pretium quærat, vel ecclesias aliquorum data pecunia subripiat.

XVI. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans sine baptismo moriatur.

XVII. Nullus vestrum sit ebri-

LABBEI EDITIO.

ad nullos alios usus sint. Nullus in alba, qua in suo usu utitur, præsumat missas cantare. Nullus in ligneo, plumbeo, aut vitreo calice audeat missam agere. Nulla femina ad altare Domini accedat, et calicem Domini contingat. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum mundissimis linteis. Super altare nihil ponatur, nisi capsæ cum reliquiis sanctorum, aut forte quatuor sancta Dei Evangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis: cætera in nitido loco recondantur. Missale plenarium, et lectionarium, et antiphonarium unaquæque ecclesia habeat. Locus in secretario, aut juxta sit præparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluuntur, et ibi linteum nitidum cum aqua pendeat, et ibi sacerdos manus lavet post communionem. Ecclesiæ sint coopertæ bene, et cameratæ, et atrium sit semper mundatum.

Nullus extra ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis missas cantet sine licentia sui episcopi. Omnis presbyter clericum habeat scholarem, qui epistolam, vel lectionem legat, et ad missam respondeat, cum quo et psalmos cantet. Nullus cum calcariis, vel cultellis missam cantet, quia indecens est, et contra regulas Ecclesiæ est. Calicem, et oblatam recta cruce signate, id est non in circulo et variatione digitorum, ut plurimi faciunt, sed districtis duobus digitis, et pollice intus recluso, per quos Trinitas annuitur, istud signum [†] recte facere studete; non enim aliter quidquam potestis benedicere.

Infirmos visitate, et ut sua rationabiliter disponant admonete; deinde reconciliate, et juxta Apostolum, oleo sancto inungite, et propria manu communicate; et nullus præsumat communionem laico aut femine tradere ad deferendum ad infirmos. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, præmium aut munus exigat. Videte ne per negligentiam vestram ullus infans absque baptismo moriatur. Nullus vestrum sit ebrius, nullus sit litigiosus, quia servum Dei non decet litigare. Nullus vestrum arma ferat

LUCENSIS CODEX MS.

VI. Nullus cum alba, qua in suos usus utitur, præsumat missam cantare. Nullus in ligneo, aut plumbeo, aut vitreo calice audeat missam cantare.

VII. Nulla femina, etc., ut apud Martenium.

VIII. Corporale et reliquiæ, aut forte IV Evangelia, aut Buxis cum corpore, etc., ut apud Martene.

IX. Missale plenarium, etc., ut apud Martenium, sed deest utrumque librum xl. Homeliarum.

X. Locus in sacrario, etc., reliqua ut apud Martenium manus lavet ante et post communionem.

XI. Ecclesiæ, etc., ut apud Martenium, atrium ecclesiæ sæpe munitum.

XII. Nullus extra ecclesiam cantet sine licentia sui episcopi.

XIII. Quisque presbyter clericum vel scholarem habeat, etc., reliqua ut apud Martenium.

Quæ sequuntur apud Labbeum, et in Martene desiderantur, in nostro pariter desunt.

XIV. Infirmos visitate et eos reconciliate, et juxta Apostolum oleo, etc., ut in editis apud Martene.

XV. Nullus pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium vel munera exigat.

XVI. Videte, etc., ut apud Martenium.

XVII. Nullus vestrum, etc., ut

^a Victor et Aug. cantare. Reliqua in Augustano desunt, sed statim subiungit Nulla femina, etc.

^b Victor. Cantare.

^c Aug. et Victorin. Aut forte quatuor, etc.

^d Aug. Buxida.

^e Aug. Cum corpore Domini ad infirmos.

^f Aug. et Victor. ut in Lucensi.

^g Aug. ut in Lucensi.

^h Aug. et Victorin. Sit sepe munitum.

ⁱ Nec solus cantet. Deest in Aug. et Victorino.

^j Aug. vel scholarem.

^k Aug. addit: Nullus solus missam cantet. Dein subdit: Nullus cum calcariis, quos sperones rustice vocamus, et cultellis extrinsecus dependentibus Missam cantet, quia indecens est et contra regulam ecclesiasticam est. Calicem, etc., ut in homilia Leonis Labbeana.

^l Aug. et juxta Apostolum oleo.

^m XV. Aug. et Victorin. in toto isto capite, Lucensi coherent.

MARTENII EDITIO.

LABBEI EDITIO.

LUCENSIS CODEX MS.

sus, litigiosus ^a, nullus arma in seditione ferat, nullus ^b canum, vel avium jocis inserviat. Nullus in tabernis bibat.

XVIII. Unusquisque vestrum, quantum sapit, plebi suæ de Evangelio, ^c de epistola, vel aliqua divina Scriptura Dominico die, vel festis diebus annuntiet.

XIX. Curam pauperum, peregrinorum, orphanorum habeat, eosque ad prandium invitet, ut in his, et aliis hujusmodi a vobis alii exemplum capiant.

XX. Omni die Dominico ante Missam aquam benedictam facite, unde populus ^d et loca fidelium aspergantur.

XXI. Sacra vasa, vel vestimenta sacerdotalia non dentur in vadium negotiatori, vel alicui sæculari.

XXII. Nullus vestrum minus digne pœnitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem adducat, et ei reconciliationis testimonium ferat.

XXIII. Nullus vestrum usuras exigit, et conductor sui ^e senioris existat. Res et facultates, quas post diem ordinationis vestræ acquiritis, ad ecclesiam cui deservitis ^f pertinere sciatis.

XXIV. Nullus sine scientia, et consensu nostro ecclesiam acquirat. Nullus per potestatem sæcularium ecclesiam obtineat; nullus ecclesiam ad quam titulus est dimittat, et ad aliam causa quæstus migret.

XXV. Nullus plures teneat ecclesias sine aliorum auxilio presbyterorum; nullatenus una ecclesia inter plures dividatur.

XXVI. Nullus alterius parochianum, nisi in itinere, aut si sibi placitum fuerit ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia sine ^g licentia illius cantet.

XXVII. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat ^h.

XXVIII. Nullus pœnitentem invitet carnem manducare, vel vinum bibere, nisi pro eo ad præsens eleemosynam dederit.

XXIX. Nullus ⁱ præsumat baptizare, nisi in vigilia Paschæ et

in seditione, quia arma vestra spiritualia debent esse.

Nullus canum, aut avium jocis inserviat. Nullus in tabernis bibat. Unusquisque vestrum (quantum ei datur, et in se est) aliquid de sacro Evangelio, vel de epistolis apostolorum die Dominico vel festis diebus plebi suæ annuntiet. Unusquisque presbyter officium suum recte addiscat; qui autem est illiteratus, ab officio suspendatur, nisi emendet. Verbum Domini, et non fabulas inanes ex corde vestro debetis populo annuntiare, et prædicare. Curam pauperum, peregrinorum, et orphanorum habeat: et ad prandiola vestra eòs invitate. Estote hospitales, ut a vobis alii bonum sumant exemplum.

Omni die Dominica ante missam aquam benedicite, unde populus aspergatur; et ad hoc proprium vas habete. Sacra vasa, et vestimenta sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus vestrum minus digne pœnitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem adducat, et ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum usuras exigit ut conductor fœneratorum existat; res, et facultates, quas post ordinationem vestram acquiritis, sciatis ad Ecclesiam matrem pertinere. Nullus sine licentia episcopi per potestatem sæcularem ecclesiam acquirat. Nullus presbyter sub potestate laicorum minister, aut castaldio fiat. Nullus per pecuniam ecclesiam alterius supplantet. Nullus ecclesiam, ad quam intitulus est, dimittat, et ad aliam, quæstus gratia, sine licentia episcopi migret. Nullus plures ecclesias teneat sine adjutorio aliorum presbyterorum. Nullatenus una ecclesia inter plures dividatur. Nullus alterius parochianum, nisi in itinere, si sibi placitum fuerit, ad missam recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprii presbyteri voluntate, vel rogans, missas cantet. Nullus decimam ad aliam pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem invitet carnem manducare et bibere vinum, nisi pro eo ad præsens eleemosynam faciat.

Nullus baptizare præsumat, nisi in vigiliis Paschæ, et Pentecostes,

apud Martenium; additur quia servo Dei non oportet litigare. Nullus arferat [arma ferat] in seditione, quia arma nostra spiritualia debent esse. *Reliqua ut apud Martenium.*

XVIII. Unusquisque vestrum quantum sapit plebi suæ de Evangelio vel Apostolo die Dominica, et festis diebus annuntiet.

Verbum Domini, et non fabulas inanes ex corde vestro debetis prædicare.

XIX. Curam pauperum, etc., ut apud Martenium.....

XX. Omni die Dominico, etc., ut apud Martenium..... unde populus aspergatur, et ad hoc solum vas habete.

XXI. Sacra vasa, etc., ut apud Martenium..... in vadium dare negotiatori, aut tabernario.

XXII. Nullus vestrum, etc., ut apud Martenium.

XXIII. Nullus vestrum, etc., ut apud Martenium..... et conductor sui fœneratoris existat, etc., ad Ecclesiam matrem pertinere.

XXIV. Nullus sine scientia, etc., ut apud Martenium..... episcopi per potestatem sæcularem ecclesiam obtineat. Nullus per pecuniam alterius ecclesiam supplantet. Nullus, etc., ut apud Martenium.

XXV. Nullus plures teneat, etc., ut apud Martenium.

XXVI. Deest nullus alterius parochianum..... recipiat.

XXVII. Nullus decimam, etc., ut apud Martenium.

XXVIII. Nullus pœnitentem, etc., ut apud Martenium.

XXIX. Nullus præsumat, etc., ut apud Martenium.

^a Aug. et Victor. cum Lucensi coherent.

^b Aug. et Victor. cum Lucensi.

^c Aug. et Victorin. coherent Labbeo.

^d Deest in Victorin. et August. *Loca fidelium.* In reliquis coherent Lucensi.

^e Victorin. *Novi fœneratoris.* Aug. *sui fœnoris.*

^f Aug. et Victorin. ut in Lucensi.

^g Ita in Victorino; deest in August.

^h *Nullus decimam,* etc. Deest in August.

ⁱ *Nullus præsumat baptizare,* etc. Deest in Augustano.

MARTENII EDITIO.

LABBEI EDITIO.

LUCENSIS CODEX MS.

Pentecosten, nisi pro periculo mortis.

XXX. Unusquisque fontes habeat; si non potest habere lapideos, habeat aliud vas ad hoc tantummodo præparatum ^a.

XXXI. Omnibus parochianis vestris symbolum, et orationem Dominicam insinuate.

XXXII. Jejunium quatuor temporum, rogationes, letaniam majorem ^b eis indicite.

XXXIII. Feria iv ante Quadragesimam eos ad confessionem invitate, eisque juxta qualitatem delicti poenitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in poenitentiali scriptum est.

XXXIV. Tribus vicibus in anno, scilicet in Natale Domini, Pascha, Pentecosten omnes ^c fideles communicent.

XXXV. Certis temporibus conjugati ab uxoribus absteineant.

XXXVI. Eulogias post missas in diebus festis accipiant ^d.

XXXVII. Nullus presbyter in itinere sine stola ^e incedat; nullus induatur vestimentis laicalibus; nullus rem aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendat, aut commutet, vel quocunque ingenio alienet.

XXXVIII. Dominicum diem, aliasque festivitates ^f a vespera usque ad vesperam celebret unusquisque.

XXXIX. Cantus, et chorus mulierum in atrio omnino prohibet.

XL. Carmina diabolica, quæ super mortuos vulgus cantare solet, et cachinnos, quos exercent sub contestatione omnipotentis Dei prohibete.

XLI. Excommunicatis missam ne cantetis, et plebi vobis commissæ ne hoc faciat interdicatis omnino.

XLII. Nullus presbyter ad nuptias eat.

XLIII. Nullus uxorem nisi publice celebratis nuptiis accipiat. Raptum nullus faciat. Nullus proximam suam accipiat. Nullus sponsum alterius ducat.

^a Victor. et Aug. ut in Lucensi.

^b Augustan. ut ꝑud Labbeum. Victorinus ut in Lucensi.

^c Ang. Nullus induatur vestimentis laicalibus. Nullus rem aut possessionem, etc.

clericus, vel laicus in Ecclesia loqui audeat: tantum oret, maxime infra divinum officium. In sabbato Paschæ extincto veteri novus ignis benedicatur, et per populum dividatur, et aqua benedicta similiter. Unusquisque fontes lapideos habeat, et si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite ut omnibus parochianis vestris symbolum apostolorum, et orationem Dominicam insinuetis. Vigiliis apostolorum, et jejunium quatuor temporum, et rogationum, et litanias majores plebibus vestris omni studio observandas insinuate. Quarta feria ante Quadragesimam plebem ad peccatorum confessionem invitate, et juxta qualitatem delicti poenitentiam injungite, non ex corde vestro, sed sicut in poenitentiali scriptum est. Ab illa quarta feria usque in diem resurrectionis Domini nullus manducet carnem, vel sanguinem. Quatuor temporibus in anno, id est in Nativitate Domini, in Coena Domini, Pascha, et Pentecoste, omnes fideles ad communionem corporis, et sanguinis Domini accedere admonete; certis diebus et temporibus conjugatos abstinere ab uxoribus exhortamini.

Eulogias post missas in diebus festis plebi distribuite. Nullus vestrum induatur vestibus laicalibus. Nullus rem, aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendere aut commutare, aut quocunque titulo alienare, absque licentia episcopi, præsumat. Die Dominica et aliis diebus festis absque opere servili a vespere ad vesperum celebrare facite. Cantus, et choros mulierum in Ecclesia, vel in atrio Ecclesiæ prohibete. Carmina diabolica, quæ nocturnis horis super mortuos vulgus facere solet, et cachinnos quos exercet, sub contestatione Dei omnipotentis vitate, cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præsumat illis missas cantare; sed et hoc ipsum plebibus annuntiate. Ad nuptias, nisi forte ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum omnimodo prohibete, et ut nullus ad proximum sanguinis accedat, firmiter prohibete: et ne alterius sponsam quis ducat, contradicite. Porcarios, pecuarios, et alios pastores, diebus Dominicis ad missam venire admonete; ut filiis suis orationem Dominicam, et symbolum insinuent, vel per alios insinuari fa-

Ecclesia loqui audeat, si non oret, maxime infra divinum officium. In sabbato Paschæ extincto veteri novus ignis benedicatur.

XXX. Unusquisque, etc., ut apud Martenium..... præparatum, in quo nihil aliud fiat.

XXXI. Omnibus, etc., ut apud Martenium.

XXXII. Jejunium, etc., ut apud Martenium.

XXXIII. Feria iv, etc., ut apud Martenium.

XXXIV. Tribus vicibus, etc., ut apud Martenium.

XXXV. Certis temporibus, etc., ut apud Martenium.

XXXVI. Eulogias, etc., ut apud Martenium.

XXXVII. Nullus presbyter in itinere sine stola incedat. Nullus induatur, etc., ut apud Martenium..... alienare sine episcopo præsumat.

XXXVIII. Diē Dominica, et aliis diebus festis absque opere servili a vespere usque ad vesperam celebrare facite.

XXXIX. Cantus, etc., ut apud Martenium..... in atrio Ecclesiæ, etc.

XL. Carmina diabolica, ut apud Martenium.

XLI. Cum excommunicatis nolite communicare. Nullus præsumat illis missam cantare, etc., sed et hoc ipsum plebibus annuntiate.

XLII. Ad nuptias, nisi forte ad benedicendum, nullus vestrum eat.

XLIII. Omnibus plebibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat nisi publice celebratis nuptiis. Raptum nullus faciat; et nullus ad proximum sanguinis sui accedat, similiter prohibete; et no

^d Aug. et Victorin. ut in Lucensi.

^e Victor. et August. ut in Lucensi.

^f Aug. et alios pastores.

MARTENII EDITIO.

XLIV. Unusquisque porcarios, et alios servos suos ^a Dominicis diebus vel festivis ad missam venire faciat.

XLV. Patrini suos spirituales filios, symbolum, et orationem Dominicam vel doceant, vel docere faciant.

XLVI. Chrisma semper sit in sera ^b propter quosdam infideles.

XLVII. ^c Quisque presbyter expositionem symboli, vel Dominicæ orationis habeat scriptam juxta

traditionem orthodoxorum Patrum, et eam pleniter intelligat, et inde prædicando populum sibi commissum assidue ore instruat. Orationes missarum, præfationem canonis, eundem canonem pleniter intelligat, ac memoriter, ac distincte proferre valeat. Epistolæ, et Evangelii sensum, saltem juxta litteram, sciat. Psalmorum verba, et distinctiones memoriter teneat. Exorcismos, et orationes ad catechumenum faciendum, ad baptismum consecrandum, et preces super masculum et feminam singulariter et pluraliter distincte proferre sciat, et ordinem baptizandi ad succurrendum infirmis, et ordinem reconciliandi secundam auctoritatem Canonum, et ordinem unguendi infirmos, et ordinem in exequiis defunctorum, et preces super salem et aquam, cantum nocturnum, et diurnum, compotum, si non majorem, saltem minorem, id est epactas, concurrentes regularesque terminos, martyrologium, pœnitentialem unusquisque habeat.

^a Aug. vel Dominica.

^b Aug. et Victorin. ut in Lucensi.

^c Caput 47 in Augustano eadem habet quæ in Martenio leguntur, sed interpolata, et variis additio-

LABBEI EDITIO.

ciant. Chrisma semper sit sub sera et sigillo propter quosdam infideles. Volumus autem, fratres charissimi, quatenus quæ nostra percepistis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, etc.

LUCENSIS CODEX MS.
alterius sponsam quis ducat, contradicite.

XLIV. Porcarios, etc., ut apud Martenium.

XLV. Patrini filiis suis symbolum, et orationem Dominicam insinuent, aut insinuari faciant.

XLVI. Chrisma semper sit sub sera, aut sigillo propter quosdam infideles.

Volumus autem, etc., ut apud Labbeum.

nibus variata. Dein uterque codex, Victorinus nempe et Augustanus eodem epilogo clauduntur, qui pariter legitur in editione Labbeana. Volumus autem, etc.

ANNO DOMINI DCCCLVIII.

BENEDICTUS III

ROMANUS PONTIFEX.

NOTITIA HISTORICA IN BENEDICTUM III.

(Apud Manai. Concil. Collect. ampl. tom. XV, p. 101.)

Benedicti virtutes; fit subdiaconus a Gregorio IV; A fit presbyter a Leone.

Benedictus (a) tertius, natione Romanus, ex patre Petro, sedit annos duos, menses sex, dies decem. Beatus vir iste dilectissimus visceribus editus, sidereo pollens rore, crescensque celerius divinatorum studio apicum patris ad erudiendum arbitrio traditur. Qui veluti spongia citissime lympham capit, sacrorum ita voluminum didicit lectiones, rudimenta cognovit, accepit, mentisque suæ fundatione posuit, et invisibilibus radicibus propagavit. Celebrissima quidem cum de eo fama pervulgaretur, in Lateranense patriarchium perducitur, cleroque locatur. Erat autem sapiens verbo, doctrina præclarus, sobrius conversatione, loquela pacificus, cunctis

(a) *Benedictus*. Leone defuncto absque mora in locum ejus consensu omnium subrogatus est Benedictus III. Factione vero pravorum quorundam, qui ad flagitium usi sunt legatorum imperatoris opera, Anastasius cardinalis presbyter tituli sancti Marcelli, quem supra in concilio Romano tempore Leonis IV celebrato excommunicatum fuisse diximus, intrusus est per schisma in sedem apostolicam; idque imperatoris Ludovici conatu, qui oderat in ele-

compatiens, omnibusque obediens, denique beatissimus. Cum eum intueretur papa Gregorius almiticus peritum doctrinis, atque proficuum, in sancta illum constituit Romana Ecclesia subdiaconum. In quo ordine plura sacræ conversationis certamina habuit: nam carnem vicit, ac mundi principem, et omnia ejus argumenta nequissima. Obiit deinde Gregorius præsul, migravitque ad Dominum. Sergius autem gubernacula Romanæ suscepit aristes Ecclesiæ, eoque defuncto apostolicam Leo papa sedem suscepit: oppido, qui illum pro felicissimis actibus diligens superno compunctus autu celesti cum titulo ingenti presbyterum consecravit honore. Cujus beatitudo in tantum longe lateque refulsit atque præfloruit, ut omnibus beatissimus dictis et opere diceretur. Evidenter autem in eo

ctione Romani pontificis nullam sui rationem haberi. Verum resistente clero populoque Romano schismaticus ejicitur, atque in suam sedem Benedictus restituitur. Hæc summam ex Anastasio. Hujus tempore Lotharius imperator relicto sæculo, anno imperii sui decimo quinto, qui est Christi octingentesimus quinquagesimus quintus, habitum monasticum suscepit. Sev. Bix.